Quelle:
Copyright:

„Comedia ait Caliopius O vos audientes valete plaudi„
„te - - - Ego Caliopius redensui et reditari". Quæ
verba singulis subjuncta leguntur comodiis, tertia
excepta, ubi deest: reditari. Verum hæc licet satis
verosimiliter pro Eugraphio loquantur, tamen
Comentarii nostri author haberi nequit, ob niniam
quæ nostrum inter et eum, quem Westerhovius
in editione Terentii T. 2. post pag. 1240. publi.
co lucis fecit, existit, diversitatem.
Author itaque incertus; comentarius autem pla
nus, integer, et prolixus. Initium hoc: "Circa ex.
„positionem hujus libri, qui Terentius dicitur,
„quædam prolibanda sunt. Et primo quis Author,
„secundo quæ materia, Tertio quis finis. Author
„hujus libri legitur fuisse Terentius Africanus
„Civis Chartaginensis, quem Scipio Africanus inter
„alios captivos Romam adduxit destructa Carta
„gine. Hunc autem propter probitatem et sa.
„pientiam ejus Scipio vitæ donavit". et.
P. Terentius Afer, natus Carthagine ante Chri
stum 192. Romam venit servus; sed ob ingenii
ac formæ elegantiam a Terentio Lucano senatore
manumissus. Sex ejus Comodiæ, quæ supersunt,
ob stili puritatem ac simplicitatem ab omnibus
rerum censoribus maximi fiunt. Obiit teste Eu
sebio ao Urb. cond. 99. ante Christum 155. ota.
tis 27. Vid. Edit. Westerhovii supra cit. in pro.
legom. Fabric. Bibl. lat. T. I. l. I. c. 3. p. 29.

Qui codex non ipsas comoedias Terentianas conti-
net, sed solum commentarium Jacobini Man-
tuani, amici Petrarcae poetae.